

## CAPUT V

Cum Pericle differitur de reuocandis ad pristinam fortitudinem et felicitatem Atheniensibus; qui quamquam nec multitudine nec corporum praestantia cedebant Boeotiis, et amore patriae, honoris cupiditate, gloriaque maiorum longe superabant; his tamen nunc deteriores erant facti. Etenim ob nimiam sui fiduciam securitatemque, quae facile negligentiam, segnitiam, dissolutumque vivendi genus parit, ita a maiorum virtute defecerant, ut timidi ignauique in rebus gerendis essent, contemptui haberent parentes senioresque, corporis exercitia negligerent, nec magistratibus ciues nec ducibus milites parent, inter se dissiderent, sibi inuicem insidiarentur, inviderent, lites intenderent, damna inferrent, pecunias publicas pecularentur, et de his inter se latronum more digladiarentur. Cum vero studium gloriae in ipsis esset reliquum, et in certaminibus gymnics chorisque adhuc auscultarent magistris; Socrates negat, esse desperandum de illis corrigendis, et sperat, fieri posse, ut in ipsis pristinae fortitudinis, gloriae et felicitatis studium rursus excitetur, dummodo primum gloria maiorum, quae aliquot exemplis illustratur, illis in memoriam reuocetur; tum ipsi virtutem vel maiorum vel Lacedaemoniorum, qui tum praestabant, imitentur; deinde duces sint muneris imperatorii periti; denique iuuentus Atheniensium montes, qui Atticam cingunt, occupet et aditus angustos in Atticam custodiat.

Περικλεῖ δὲ ποτε, τῷ τῆ πάνυ Περικλέους υἱῷ, διαλεγόμενος, Ἔγώ τοι, ἔφη, ὦ Περικλεῖς, ἐλπίδα ἔχω, σὲ στρατηγήσαντος ἀμείνω τε καὶ ἐνδοξοτέρων

L 3

ραν

§. 1. τῆ πάνυ] Int. περιβοήτη [malim περιβλέπτω ἢ ἐνδόξω, quia περιβοήτος proprie est re mala nobilis, famosus. Z.]. Celebris illius Periclis filius. Hic est ille spurius Pericles, oratoris filius, quem Athenienses, Pericli legitimis filiis orbato aliisque miseris defuncto gratificaturi, ἀνεγράψαντο εἰς τὴν Φράτορας, ὄνομα δέμενοι τὸ αὐ-

τῆ, sc. Periclis. v. Plutarch. in Pericle extr. post autem, cum Thraſylo et Erasimide factus praetor, ad Arginusas re male gesta, capitis damnatus est. vid. ad I, I. Eri.

στρατηγήσαντος] Quia sequitur ἐσεσθαι et κρατήσῃν, Leonclavius malebat στρατηγήσαντος. Sed primo, non est necessarium tem-

tem-